

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschieden] 1559

Scena V.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

Qua differat te : proin' tu face , apud te ut sies .

P. Modo ut possim . D. crede mihi hoc inquam Pamphile ,
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
vnum esse uerbum , si te dices ducere .

ACTVS SECVNDI SCENA V.

BYRRHIA, SIMO, DAUVS, PAMPHILVS.

B. Erus me , relictis rebus , iussit Pamphilum
hodie obseruare , ut , quid ageret de nuptijs ,
sciré . id propterea nunc huc ueniētē sequor .

Ipsum adeo præsto uideo cum Dauo . hoc agam .

S. Vtrunque adesse uideo . D. hem serua . S. Pamphile .

D. Quasi de improviso respice ad eum . P. hem pater .

D. Probe . S. hodie uxorem ducas , ut dixi , uolo .

B. Nunc nostræ parti timeo , quid hic respondeat .

P. Neque istic , neque alibi tibi usquam erit in me mora .

B. hem .

D. Obmutuit . B. quid dixit ? S. facis , ut te decet ,
cum istuc , quod postulo , impetro cum gratia .

D. Sum uerus ? B. herus , quantum audio , uxore excidit .

S. I iam nunc intro , ne in mora , cum opu' sit , sies .

P. Eo . B. nulla ne in re esse homini cuiquam fidem ?

Verum illud uerbum est , uolgo quod dici solet ,

Omnes sibi melius malle esse , quàm alteri .

Ego illam uidi uirginem : forma bona

Memini uidere : quo æquior sum Pamphilo ,

si se illam in somnis , quàm illum , amplecti maluit .

Renunciabo ; ut pro hoc malo mihi det malum .

B

3

ACTVS

II A N D R I A
ACTVS SECVNDI SCENA VI.

DAVVS, SIMO.

- D. *ic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
h Portare, & ea me hic restitisse gratia.*
- S. *Quid dauus narrat? D. æque quidquam
nunc quidem.*
- S. *Nihil ne? hem. D. nihil prorsus. S. atqui expectabam
quidem.*
- D. *Præter spem euenit: sentio: hoc male habet uirum.*
- S. *Potin' es mihi uerum dicere? D. nihil facilius.*
- S. *Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ,
Huiusce propter consuetudinem hospitiæ?*
- D. *Nihil hercle: aut, si adeo, bidui est, aut tridui
Hæc sollicitudo: nostin' deinde desinet:
Etenim eam secum rem recta reputauit uia.*
- S. *Laudo. D. dum licitum est illi, dumq; ætas tulit,
Amavit: tum id clam: cauit, ne unquam infamiæ
Ea res sibi esset, ut uirum fortem decet.
Nunc uxore opus est: animum ad uxorem appulit.*
- S. *Subtristis uis u' est esse aliquantulum mihi.*
- D. *Nihil propter hanc rem: sed est, quod succenset tibi.*
- S. *Quidnam est? D. puerile est. S. quid est? D. nihil. S.
quin dic, quid est.*
- D. *Ait nimium parce facere sumptum. S. me ne? D. te.
Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem:
Num filio uidetur uxorem dare?
Quem, inquit, uocabo ad cenam meorum æqualium
Potissimum nunc? &, quod dicendum hic fiet,
Tu quoque per parce nimium. non laudo. S. tace.*

D.